



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetii, 1608

6 Nunquidnam vsurpatum iudicium sit semper peruersum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

sententia tenet ac perinde alter tuto pos-
siderit, nisi tamen ille fuerit criminalis qui
falso accusavit. Nam tunc omnes docto-
res Canonici iuri merito tenent inhabi-
tum esse ad possidendum. Item hoc ioli
crederim in beneficiis ecclesiasticis quæ
prælatorum auctoritate cœteruntur. Nam
in alijs etiam si secundum allegata & pro-
bata sententia sit iusta, si tamen processus
ex falsa præsumptione, non ligat in con-
scientia, ut Innocentius probe adnotauit
in eodem capitulo plerique. Quo sit, vt si
cuius nomen de hæresi falso defertur, suis
bonis priuetur, cum primum filius rescine-
rit per calumniam fuisse delatum ac con-
demnatum, senetur eum in iurorum posses-
sionem restituere. Hæc ergo de hac re fa-
tis dicta sunt.

Ad primus igitur argumentum respon-
datur, quo sicut lex scripta nihil roboris pre-
stat naturali iuri, immo ab illo ipsa vim ac-
cepit, sic neq; potest eius robur quoquo pa-
sto diminuere, nam homines, qui eas leges
scriperunt, non sunt naturæ domini. Quo
sit ut quando lex scripta legi naturæ aduer-
sat, nullam habeat vim, atq; adeo neque
secundum illam iudicandum. Quare
tunc non leges sed legum corruptiones
consentur. At vero quando lex scripta a iu-
re naturæ permittitur, scilicet quia ei non
obstat, tunc iudicandum est secundum le-
ges, etiam si forsan melius esset contrarium
esse legge positum. Hoc enim maxime nota-
dum est vt loco, supra citato explicauimus,
nempe quod non est necessarium ad vi-
rem scriptæ legis melius id esse quod ipsa
decernit, quam contrarium. Hoc enim pen-
sandum est & consilio agitandum quando
ponitur, sed quando polita est vnu & firma
ta, non debent hoc subditio arbitrari, sed se-
cundum illam agere, quo uero princeps aut re-
publica illam mutet. Immo vero neq; mu-
tant e sunt leges, vt lupi dixi, us, quacun-
que de causa, quæ meliorem præferat.
Et postea lex, verbi gratia, ne merces foras
euchatur e regno, & torias, iam cessat caus-
a, quare postea fuit tunc eis principi incu-
bit illam mutare, tamen subditio non licet
contra sacre, dum ius naturæ id permituit,
nisi iam esse inciperet contra ipsum aut co-
tra religionem, scilicet, si legibus Ecclesiasti-
cis adiuvaretur.

Ad secundum. Ad secundum pari modo respondetur
quod sicut potest lex quandoque iuri repu-
tum?

Ad q̄oniam unica conclusione respon-
sū. Iudicium usurpatum, hoc est ab que-
sito, de iusti & iure. Q. legi.

gnare naturæ de tunc non est seruanda, sic
quoniam recte sit posita, si tamen in even-
tibus particularibus est contra ius naturæ,
licet contra illam facere. Nam, vii ait Mode-
stinus, ff. de legibus & le. con. nulla ratio ius-
ris aut æquitatis benignitas patitur, vt qua
salubriter pro utilitate hominum introdu-
cta fuit, ea nos duriore interpretatione pre-
ducamus ad seueritatem. Tunc enim legis
labor adcesserit, aliter censeret quam scripsi.
Et per hoc disoluuntur argumentum ter-
tium.

ARTICVLVS VI.

Vtrum usurpatum iudicium sit
semper peruersum.

Tria supra diximus ad rectum iudi-
cium esse requisita, & iudicis auctori-
tatem, & iustitiae æquitatem, & prudentiam
ordinem. Et quidem de hoc tertio, puta de
ordine & processu iuri, nihil ad Theologum,
sed res est causidica. Igitur cum de se-
cundo in proximis articulis dictum sit, fute
quiritur vt de primo disputemus. Vtrum us-
urparum iudicium, scilicet, ab eo qui non
est iudex, sit vbiique peruersum? Et arguitur
a parte negativa: Iustitia est quædam agen-
dorum rectitudio nihil autem veritati de-
perit a quoconque pronuntietur, sed a quo
cunque est amplectenda, ergo neq; quid-
quam iustitia officit a quoconque senten-
cia proferatur. Secundo, Bona pars iudicij
est peccata punire, cum laude autem refe-
runtur nonnulli priuatis qui peccata aliena
vindicantur: vt Moyses qui villegit tur Exo.
zo. Aegyptium interfecit, & Phinees Elea-
zari filius qui Zambri occidit, vt Numero
2 v. scriptum est, quod, vt habetur Psalm.
115. reputatum est ei ad iustitiam, ergo
licet priuatis, citra auctoritatem publicam
iudicare Tertio. Potestas spiritualis quæ
a temporali distinguuntur, nonnunquam se
ingerit ad iudicandum seculares, ergo us-
urpatum iudicium non est vbiique pra-
uum. In contrarium est illud ad Roma Paulus.
14. Tu quis es qui iudicas alienum fer-
uum?

Conclō
Prīmū
argum.

Arg. 2.

Arg. 3.

Conclō
Rīsua.

legitima auctoritate super eum in quemfer
tur prolatam, non solum peruersum est ve
rum & nullum, Probatur. Iudicium est le
gis ad personas applicatio cum vi coactiva,
hac autem fieri non potest absque publica
auctoritate: ergo si aliter fiat, vitium est
& nullum. Probatur Minor. Eiusdem est le
gem condere a que eam interpretari & de
clarare, sed applicatio legis ad personas est
quædam eius interpretatio, id est declaratio
quod talcm personam in tali casu ligat, ergo
sicut lex ab illo solo condit potest qui pu
blica polle auctoritate ad cogendum ciues
ita & eius solius est habentisq; eius auctorita
tem ius dicere. Conclusio clara est, & i.li
q; i. decisa. Hoc tamen est hic animadver
tendum, quod inter ea quæ ad rectum iudi
ciū publicū exiguntur, primū est auctoritas
iudicantis. Nā etiā alia deficiant, nempe pru
denzia & iustitia, non inquam sententia
tenet, saltem dum fertur secundum allega
ta & probata, ut proxime dicebanus, & sem
per timenda est, & tamen si emanet a nō iu
dice, adeo nulla est ut neque sit timenda.
Vnde scitè Greg Sententia, inquit pastoris
sue iusta, sue iniusta, timenda est, 1.q.3.

**Primū
corolla
rium.**

Duo enim ponit ut sit timenda, etiam si sit
iniusta, videlicet ut sit pastoris, & ut sit sen
tentia id est quæ non manifestarium intole
rabilemque errorem continet. Ex quo si
primū quod qui per tirannidem regnū
inlaufum occupavit neque legem ferre vl
lam potest, neque ius dicere quod vlo pa
sto ciues in conscientia obliget nisi forsan
prescriptione aut rei publica consensu le
gitimi fuerint tandem principes, vt de Frā
cis apud Gallos legitur, & apud Hispanos
de Gortis secundo subsequitur, quod qui se
mel legitime magistratum adeptus est & si
postea crimen commiserit ob quod merito
sit illo abdicandus, tamen quounque iuris
ordine priuetur sententia eius ligat, nisi sit
ipso factō excommunicatus. Ut quamvis
prætor crimen laſe maiestatis admiserit,
ob quod a magistratu expellendus iure est,
nihilominus quoadusque iutidice priuetur
sententia eis tenet. Secus si esset hæreticus,
nam tunc ipso est excommunicatus atque
ad eo licet non priuatus officio tamen eius
functione suspenitus De arbitris autem for
dubium san quis dubitet, nam iudicium eorum li
de iudi
gat tam in foro exteriori quam in consciē
cibus ar
tia. Tamen nulla videatur pollere auctorita
bitratis te publica, quia non habent nisi quam

a partibus acceperunt, quæ tamen nō ha
beant nisi priuatam. Respondetur autem Sal
quodammodo habere publicam. Nam cū
vnusquisque teneatur fidem alteri seruare,
iure gentium conditum est ut qui sequestri
fuerint ab aliquibus constituti, vim habeat
per suam sententiam ligandi, licet execu
tio p̄ principem pertineat, qui vim habet co
stiuam, & eius ministros.

Ad primum igitur argumentum respo
detur, quod eti pronuntiatio veritatis a
quocunq; sit suscipienda, tamen vis co
stiuam non nisi a principe, quam iudicium
importet. Et ideo nisi habente auctorita
tem proferatur, liberum est vnicuique
eam suscipere aut repudiare. Secundum Ad
argumentum, Quantum ad historiam Phi
nées, nullam habet difficultatem. Namcum

Moyles, ut illic legitur, auctoritate diuina
iussisse ut vniusquisque fratrem suum quæ
reum sciuisse interimeret eadem ille au
ctoritate vius est. Historia vero Moyis An
ceps est. Legitur enim quod cum vidisset
Aegyptium percutientem quandam de
Hebrais, cum eneauit. Quocirca cum il
lum Aegyptium inflagrantib; delicto occu
paret, potuit cum occidere per modum de
fensionis, nam vniusquisque ius habet vim
vi repellendi non solum a seipso sed a fra
tre suo. Et hac uia Ambrosius libro de Of.
Moys excusat a culpa. Si autem vel
iam celsauerat Hebraum percutere, veloc
cio non erat ad defensionem necessaria,
neccesse est dicere quod in vindictam illum

occidit. Et re vera hoc gratius annuere
videtur historia. Sed tunc cum publi
cam non haberet auctoritatem, non po
test a culpa excusari, nisi dicatur id re
latione diuina fecisse. Atque hanc ratio
nem approbare videtur illud Act. 7, quod

percusso Aegyptio existimabat Moyles
intelligere fratres suos, quoniam Domini
nus per manum ipsius daret salutem in

Israel. Et quamvis non expreſſe illam di
catur percuſionem iuſſile, sed Moyles
sic existimasse seruaturum populum, ta
men profecto videtur illic percuſio ex
fari, quare utraque istarum ſolutionum D.

poteſt optimè defendi. At vero Sanctus Ag
Thomus. Augustini sequacissimus cum lu
bentius amplexari videtur, qui in que
ſtione ſuper Exod. non excusat illum à

culpa, sed eum potius conſeruum bea
gnifimo nouali quod cum primo fe
ritur

nitur de herbarum quoque inutilium luxurie ac fertilitate laudatur propter spem quam promittit futura frugis. Et sic interpretatur illud Act. 7, quod cum animo plenus esset ad liberandum populum, illa ratione arbitrabatur rem perfecturum. Ad tertium denique respondeatur, quod cum spiritualis potestas supereminat seculari, potest Ecclesiæ iustitia. Prælati seculares iudicio cogere in his quæ ad gratiam, & ad gloriam pertinent.

QUÆSTIO V.

DE DIVISIONE IUSTITIAE.

S.Tho. 2.2. quæst. 61.

ARTICVLVS I.

*Vtrum particularis iustitia recte indistribu-
tiuum & commutatiuum dividatur.*

Potiusquam de iustitia in genere, deque suo contrario, iniustitia, atque de eius annexis, iure sejicer & iudicio quanti res postulabat, distributum est, superest ut ad illam eius celebrinam diuisionem descendamus, qua in distributionem & communiam disparitur. Ergo quæstio ordine quinta huius libri, *vnum particularis iustitia recte in distribu-
tiuum & commutatiuum dividatur?* Que-

sio hac autem quatuor articulis absolvetur. Quorum primus diuisionis rationem doceat, secundus vtrumque medium, tertius materie diversitatem, quartusque tandem formam. A parte ergo negariua questionis agitur primo, Cum tres sint reipublice ordines, nempe totius ad partes, partium ad totum, & partium inter se, pulchrius, at que ad item propriis fieret ex equo trimembrii diuiso, nimurum in legalem, que primam instituit ordines & distributionem, que ad secundum spectat, & communitatiuum, que circa tertium versatur in epte ergo sunt bimembrii. Secundo arguitur. Si vila efficit huius diuisionis ratio, ea vel inde ori-
etur, quod habent distincta subiecta, nem-

pe quod distributua est in principe, cui incumbit bona publica distribuere, commutativa vero in subditis quorum pax & tranquillitas hac ratione continetur quod quisque ius suum alii seruat, hoc namque discrimen prima fronte videtur hac diuisione, at vero quecumque iustitia species tam in subditis est quam in principe, in hoc nimirum ad gubernandum, atque in illis ut gubernentur, vrg. i de legali diuisione est, nam commutativa eadem ratio-

Arg. 3.

ne est in omnibus, ergo ex hac differentia non potest sumi diuisionis ratio. Quod si di- cas differentiam inde sumi, quod distributua iustitia per auctoritatem in ordine ad plurimos quibus facienda est distributio commutativa vero est vnius ad alterum, contra facit, quod vnum & multa speciem non mutant. Eiusdem quippe speciei est vnu homo cum duobus atque cum tribus. Deinde ar-

Arist.

guitur tertio, quod diuisione mancat. Ju-

DOTO
IURE
COIUS
DIL
13

Arist.

stitia enim vindicativa neque sub distributiva neque subcommutativa comprehendendi

videtur, nam si respondeas contineri sub

distributiva eo quod princeps ut premia

probis,

& supplicia reprobis decernit, in

contrarium est, tum quod & persona par-

ticularis potest licite vindictam petere, tum

etiam quod vindicta debet fieri ad aequali-

atem delicti, quod officium est commutati-

ua iustitia. Quod si hac ratione vietus

pertinere dixeris ad commutatiuum recla-

mare haecratio videtur quod sibi principi

incumbit penas exigere proculpis, quod

speciem gerit distributio iustitiae. In con-

trarium est auctoritas Philosophi. 5. Ethico.

distinguens duas iustitiae species, qua-

rum altera est distributionum distinctione, al-

tera vero commutationum.

Quo responso questionis lucidior fiat

à terminorum expositione proficiemur.

Cum iustitia in genere, auctore Aristot. 5,

Ethic. sic virtus qua quisque iustus dicitur,

si ut iuxta nomina sua, iustitia distributi-

ua dicatur particularis iustitia, qua homo

in bonorum communium distributione

iustus fit. Commutativa vero fit illa iti-

dem particularis, qua quisq. in commuta-

tionibus iustus est. His facile intellectus ra-

gue ad secundum spectat, & communitati-

um, que circa tertium versatur in epte er-

go sunt bimembrii. Secundo arguitur. Si vila

efficit huius diuisionis ratio, ea vel inde ori-

etur, quod habent distincta subiecta, nem-